Pelegrinus patriarcha sedit annis XXXI.

Hic cum Conrado II imperatore cruce
signatus ad predicationem beati Ber-
nardi circa annum domini MCXXXVIIII
una cum rege Francie mare transivit
et rediens cum eodem expletis vite sue
diebus in Aquilegia migravit ad Christum.

Gotthefredus patriarcha sedit annis XXII.

Hic de regali prosapia ecclesiam et totam
provinciam mirabiliter honoravit, ditavit
et auxit. Hujus tempore Fridericus primus
anno domini MCLIII per Adrianum papam
IIII est coronatus ~~in~~ in imperatorem.

Vodalricus patriarcha sedit annis XX.

Hic legatus apostolice sedis factus et im-
peratoris Friderici primi consanguineus
tam ab Adriano IIII et Alexandro tercio
confirmacionis privilegiorum obtinuit. Hic
etiam dictus Fridericus omnia privilegia
imperialia et regalia confirmans marchiam
Istrie et Clesiole, ducatum et comitatum
Forijulii et multa alia loca et castra

et